



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

VIII. An Deus occulta vi moueat, ac neceßitet nos ad peccandum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

**AD II.** Instrà quæst. 9. liquebit, quod, *impiè agere*, Eccl. 15. adeò nec diabolo vnquam; cuius impietati volun<sup>ix</sup> patronum agit Caluinus; culpatque Deum ceu mandatarium Sathanicæ malitiæ.

**AD III.** Sequens peccatum prioris est pœna, impropriè & indirectè; sc. dum peccatum prius fugat gratiam, à qua desertus homo pronior ruvit in & peccatum aliud, aut in infamia.

**AD IV.** Aug. in Enchir. c. 100. Deus peccata permittit volens, fiunt autem Deo non volente. Permissio iusta est; peccatum iniquum. Nec ideo, quia peccatur in uito Deo, Deus non est omnipotens; quia inter velle & nolle Dei medium datur Permittere malum, & tamen id Non velle.

### QVÆSTIO VII.

*An impellat Diabolus Deus, ut nos ad peccandum inducat?*

**CALVINVS** ait, Inst. I. c. 18. §. 1. Scimus Sathanam se coram Deo sistere, ad excipienda iussa, non minus quam Angelos, qui sponte obediunt: diverso id quidem modo & fine; sed tamen ne quid aggredi possit, nisi volente Deo. &c. Ergo quicquid agitent homines, vel Sathan ipse, Deus tamen claram tenet, ut ad exequenda sua iudicia conuertat eorum conatus. Vult Deus perfidum Regem Achab decipi; operam suam offert diabolus: mittitur cum mandato certo, ut sit sp. mendax in ore Prophetarum. &c. Ridiculum foret, Indicem tantum Permittere, non Decernere, quid fieri velit, & mandare executionem ministris. Ibid. §. 2. Fateor, interposita Sathanæ opera sepe Deum agere in reprobis; sed ut eius impulsu Sathan ipse partes suas agat & perficiat, quatenus datum est. &c. Dicitur Sathan excicare infidelium mentes: unde hoc; nisi quod ab ipso Deo manat efficiaciam erroris? &c. §. 3. Spiritus ergo impurus, Dei spiritus vocatur; quia ad eius nutrum potentiamque responder, instrumentum magis ipsius in agendo, quam à seipso autor. &c.

**AVTOR. I:** Nemini mandauit Deus

*impiè agere*, Eccl. 15. adeò nec diabolo vnquam; cuius impietati volun<sup>ix</sup> patronum agit Caluinus; culpatque Deum ceu mandatarium Sathanicæ malitiæ.

2. Deus contraria mādaret: homini, ut non peccet, resistatque diabolo: Sathanæ, ut inducat ad peccandum. Item Dei mandata de procurandis peccatis habere semper vim & effectum: at ea de vitandis ijs, ac virtutibus operandis, non sortiri effectum semper; Item, Inde promptior Deus foret ad mala, quam bona; cum illa semper, hæc non semper euenerint. Item, Deus plus Sathanæ quam Angelis tribueret: nam mandato suo diaboli efficaciter concurreret semper; non pariter Angelis dato. Vnde Deus omnia nobiscum simulato ageret inhortans ad virtutes: Frustrà Apostolus, Eph. 6. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli*, hoc est Caluino, aduersus mandatum Dei.

3. Deus odit peccatum, ut suprà liquet: non ergo Sathanam incitat eidem procurando. Vide *Antichristum* p. 4. q. 6.

### QVÆSTIO VIII.

*An occulta vi moueat ac Neceſitet nos ad peccandum Deus?*

**CALVINVS** ait, Inst. I. c. 18. §. 2. Quantum ad arcana motus spectat, quod de corde Regis predicit Solomon, sicuti hic & illuc, prout Deo visu est, ad totum certè genus humanum extenditur, tantundemq; valet, ac si dixisset: Quicquid animis concepiimus, arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigi. Et certè nisi Deus intus operaretur in mentibus hominum,

minum, non recte dictum est, auferre labium à veracibus, & a senibus prudentiam auferre cor Principibus terre, ut errant per devia. &c. Vnde apparet certa destinatione Dei impulsus sc. Assyrios. Et §. 4. Homo iusto Dei impulsu agit, quod sibi non licet. Inst. 3. c. 23. §. 9. Excusabiles peccando &c. supra quæst. 6.

SVADET istis. Dominus 2. Reg. 16. Precepit Semei, ut malediceret David. Et 2. Reg. 24. Commouit Dominus David dicens: Vade, numera Israël & Iudam. Ezech. 14. Ego Dominus decepi prophetam illum. Et 2. Thess. 2. Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Ps. 43. Declinasti semitas nostras à via tua. Ps. 104. Conuertit cor eorum, ut odirent populum eius. Ioan. 13. Quod facit facito.

AVTOR. Deus neminem tentat ad malum, minus necessitat.

1. Teste S. Scriptura in *Antichristo* p. 4. q. 7. Notat tamen S. Aug. l. 2. de consensu Euang. c. 3. duplex genus tentationum, vel ad probandum: Ut Gen. 22. Tentauit Deus Abraham: Vel ad seducendum; sic Iac. 3. Ipse neminem tentat. Imòl. Cor. 13. Fidelis Deus, qui nō patietur vos tentari supra id, quod potestis; tantum abest, ut tentatione inducat in casum. &c.

2. Deinde, est in Ecclesia Discrecio spirituum: 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt: At si Deus impellit nos ad bona, & mala, semper existimare possum ex Deo instinctum esse. Sed contra monemur ibidem: Nolite credere omni spiritui; sed probate spiritus, si ex Deo sunt: Caluino autem bona, mala; vera, falsa perinde inspirantur à Deo: Nullus igitur sensus Scripturæ foret hereticus: nec verus à falso discerni posset.

Dico AD obiecta. Deus circa hominem peccata facit plura:

1. Non impedit conatum peccare volentium.

2. Negat eis, gratiâ destitutis, auxilium speciale contra peccatum.

3. Permissuè sinit pronos ad peccandum peccare.

4. Occasionem offert subinde pecandi.

5. Peccata impiorum dirigit ad salutem electorum. Hinc liquent Scripturæ.

## QVÆSTIO IX.

*An Deus Operetur nobiscum peccata nostra?*

CALVINVS ait Inst. 1. c. 17. §. 5. Ego plus concedo, si res. &c. esse diuinæ prudentie instrumenta. Idem c. 18. §. 1. Ergo, quicquid agitent homines vel Satan ipse, Deus aliam tenet. Infrā Absolon incesto coitupatrii thorū polluens, detestabile scelus perpetrat: Deus tamen hoc opus suum esse pronunciat. §. 2. Ceterè nisi operaretur in mentibus hominum, non recte dictum est, auferre labium à veracibus. Distinctius declarat Inst. 3. c. 4. §. 2. Omitto hic Vniuersalem Motionem Dei, vnde creatura omnes, ut sustinentur, ita efficaciam quiduis agendis dicunt: de illa speciali Actione tārum loquor, quia in unoquoque facinore appetit. Hæc haustrile ex sequentibus: Nam

LUTHERVS ista fudit: Mala opera in impiis Deus operatur. Quæ verba dein Lutherani eraserunt. ZWINGLIUS Serm. de prouid. c. 6. Quando facimus adulterium, homic. &c. Dei opus est motoris, auctoris, impulsoris. MELANCHLT. Ad Rom. 8. Adulterium Davidis, & proditio Iudei et proprium opus Dei sic ut conuersio Pauli. Sed hi sententiam verterunt.

SVADET Caluinus istis. Isa. 45. Ego Dominus, & non alter, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia haec. Vnde Absoloni incestus, erat malum culpæ, & tamen à Deo.

AVTOR. Deus non operatur nobiscum peccata.

1. Sic Scriptura in *Antichristo*. p. 4. q. Quia odit peccata Deus, & peccatores. Quare Esau odio habuit; Cur non similes